Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



poteris loqui usq; in die quo hec fient.
pro quod ñ credidisti uerbis meis. que
implebunt in tempore suo. Et erat plebs
expectans Zacharia. et mirabant qd tar-
daret ipse in templo. Egressus autem ñ poterat
loqui ad illos. et cognouerunt qd uisionem
uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis.
et permansit mutus. Et factum est ut impleti
sunt dies officii eius. abiit in domum suam.
Post hos autem dies concepit elysabet uxor eius.
et occultabat se mensibus quinque dicens. Quia
sic fecit mihi dñs in diebus quibus respexit au-
ferre opprobrium meum inter homines. Ad pub
HEC dicit dñs. Lectio missa. p. ysaie.
Audite insule. et adtendite po-
puli de longe. Dñs ab utero uocauit
me. de uentre matris mee recordatus est
nominis mei. Et posuit os meum quasi gla-
dium acutum. in umbra manus sue protexit
me. Et posuit me sicut sagittam electam. in
pharetra sua abscondit me. et dixit mihi. Ser-